

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nathan Chyträus

**Natalis Iesu Christi Salvatoris CI I XXCVI. Carmine, Contra Instantes rerum
perturbationes, Consolatorio celebratus à Nathane Chytræo. Cum Appendice
aliorum Carminum sacrorum**

[Rostochii: Möllemann], [1586]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1671168992>

Druck Freier  Zugang



L.

A-D

A-G

A-H

143 p.

A-G

A-

A-B

A-

A-B

A-B

A-C

63 p. Fuß

fm

16. a. 8.

fm

Am-4202⁸-x.

ND 16

1: P 4668

2: P 4675

3: P 4669

Donum Mr. Pastoris Schulte
Molken. pro Biblio.

XI. 13.

C.B.

NATALIS
IESV CHRISTI
SALVATORIS
—
CICERO.

CARMINE, CONTRA INSTAN-
tes rerum perturbationes, Consolato-
rio celebratus à

NATHANE CHYTRÆO.

Cum appendice aliorum Car-
minum sacrorum.



FAVSTI
TIBI
NVNCIVS
ANNI.

NOBILI, INGENIOSO,
modesto, & bene morato adolescenti,
GVNDERO LANGEO, præstan-
tiss. Dn. FRIDERICI Langei de Mara-
che, Nobilis Selandi filio, disciplinæ
suæ alumno carissimo.

S T R E N A M

Hanc suam anniuersariam dicat & donat
NATHAN CHYTRÆVS.

A Totis iam viginti annis , mi carissime
Gundere, sine intermissione , quæ Dei est
benignitas , hanc consuetudinem obseruauit , vt
sub Natalem Domini & Seruatoris nostri
Iesu Christi (à quo , tanquam prin-
cipe vitae & salutis nostræ æternæ , anni quoq;
primordia meritòducimus) vel Hymno , vel O-
da , vel alio qualicunq; carmine , opera quodad am
anniuersaria à me composito , & meipsum & a-
lios ad tanti mysterij , & tam stupendi et incom-
parabilis beneficij diuini considerationem et me-
ditationem , seriamq; pro ijs gratiarum actio-
neum , quantum quidem in me esset , excitarem : et
id ipsum postea carmen , vna cum alijs eius gene-
ris poëmatibus sacris , anno superiori diuersis oc-
casionibus à me compositis , prælo subijcerem : et
cum aliquo vel discipulo , qui suam mihi pietä-
tem & industriam præ alijs probasset ; vel etiam
amico , cuius fides & candor potissimum mihi
perspectus esset , Strenæ qualiscunq; loco com-
municarem : eademq; id opera publici quodam-

A z

modo

modo iuris sacerem. Quam quidem ipsam consuetudinem, minime, ut spero, reprehendendam, hoc quoque anno censi continuandam. Cumque in uniuerso, qui hoc tempore fatis numerosus est, discipulorum meorum grege, admodum paucos haberem, quos vel diligentiae, vel modestiae, vel morum etiam elegantiae & suavitatis laude tibi aequare; anteponere vero possem neminem: quem esse existimauis, ut dedicationis huius homines praet alijs hoc anno tibi quoque potissimum haberetur. qui ipse tibi tam praeclare iam currenti calcar; & condiscipulis tuis ad similem modestiam & probitatem incitamentum esset: simulque industriae turae testimoniis apud nobilissimos parentes et cognatos tuos in incluta Dania et Noruegia luculentissimum tibi perhiberet. Id igitur eo quo datur animo a praeceptore tui amantissimo lubens accipe, & in feliciter inchoato pietatis, & virtutis studio strenue perse. Immanuel & saluator noster Iesus Christus, nobis natus & datus, in lubricis istis multorum adolescentiae vijs clementer te ducat & regat: & valitudinem tuam, qua nonnunquam fatis tenui vti videris, benignè sustenter & confirmet: simulque studijs ac laboribus nostris scholasticis, et in primis Ecclesie sue toto terrarum orbe disperse, & in ea nostris quoque coetibus & familij perpetuo benedicat & benefaciat. Vale. Ex Museo meo scholæ vicino, ipsis Calend. Ianuariis, secundum consuetudinem civilem inchoatis annum a nato Christo 1586. quem eadem opera tibi tuisque omnibus quam felicissimum opto. Vale iterum.

S T N

269

Σ Ι Ν Θ Ε Ζ
NATALIS CHRISTI
CIC XXCVI.



Vatuor exactis cōcunt iam tempora
lustris,
Quis ego Natalis dulcissima gaudia
Christi

Carmine perpetuo celebrans, hac luce quotannis
Annua vota Deo, & strenue munuscula amicis
Distribui: imprimisq; tuas, puer optime, cunas;
Naturamq; adeo geminam substantia in una;
Et meriti sacra dona tui, quibus inclute Iesu
Nosq; gregemq; tuum electum cumulasq; beasq;,
Quam potui appositis studi celebrare camēnis.

Nunc igitur, quinti quoniam hic primordia lustrī
Incipimus, spectare libet, qua mente, quibusq;
Frontibus & linguis, qua dextra deniq; tantum
Seruatorem hominum excipiāt; quæ dona rependat
Gens hominum, immundiq; cyclopea gratia mundi.
Quidq; hinc alloquij, quantumq; leuaminis almi
Grex pius accipiat; maneat quæ poena tyrannos,
Pontificesq; malos, falsa pietatis in umbra
Qui sucum faciunt miseris, Christoq; rebellante
Vi varijsq; dolis. Tu me cupide ista canentem
Christe puer diuine mone: tu dirige mentem:

A 3

Tū

Tu linguam et calamū: nam non mea fama decusq;
Sed tua præcipue, tua gloria quæritur illis.
Quo si fine frui liceat, nihil amplius opto.

Nec tamen à primo libet exordirier orbis
Principio. quo sat notum est quam Seminis illa
Fama salutiferi, caput exitiale Draconis
Contrituri olim, satanam satanæq; ceteruan
Perculerit: quam præcones illius acerbè
Oderit, & cunctis exosof fecerit oris
Ille Draco, cuius rabie exstimulatus Abelem
Sustulit ipse Cain: dein Isacon Ismael acri
Ludibrio est infectatus: Iacobus Esau
Pertulit irati furias: turba impia fratrum
Odit Iosephum, & furtim mangonibus illum
Ad refug, vendit, properantibus astra Canopi.
Quid sub Saulc Dauid tulerit; sub Adonide fratre
Inuitus Salomon Christi regnantis imago;
Qua ratione tribus bisquinæ, rege feroci
Posthabito, verisq; sacris, temploq; relicto
Transferint eæce ad vitulos, quos dira Nebathî
Progenies regni feralis amore colendos
Finibus in regni diris erexerat ausis;
Biblia sacra docent. vt turba Baalis Eliam;
Sedechie Micham globus infestauerit unum,
Regibus inuisum & spretum, sed vera loquentem;
Scripta docent eadem. quorum quoq; prorsus aperto
Cernitur indicio quo consecrata Cainis

Post-

Posteritas animo semper flagrabit Abelis,
 Et Sethi innocuam in gentem: qua hanc strage gigantum
 Qua rabie ciues Sodomæ, turpisq; Gomorræ cives,
 Sepe angustarint: contra hanc maledicta Chanani
 Quid soboles, & Ieumæus, diuesq; Moabus,
 Quidq; Amalechitæ, quid cum Midiane Philistus,
 Quid Babylon, quid Sidonij Tyrifq; quid ingens
 Ægyptus, quid scævæs Arabs, quid longa Seleuci
 Progenies rectrix Asie tentauerit istas
 Reliquias contra & magni ludibria mundi.
 Quid vates tibi diuinos, oracula quorum
 Natales obitusq; tuos, vii numinis acti,
 Dudum orbi prædixerunt? quid prodromon illum
 Christe tuum, qui te digito monstrare solebat?
 Quid Barachiaden, qui te venisse canebat
 Cum vitæ exitio, aut reliquos memorare laboreme?
 Quos omnes, nullo excepto, paucisue, cruentæ
 Addixit morti, stygij sponsa illa Draconis,
 Viribus tua suis, prompti q; ad vota ministri.

Sed numquid tibi magne puer, dulcissime Iesu,
 Tam cupidus qui cunctorum vitæ atq; salutis
 Venisti, & cuius hominum inferuire paratus,
 Forte pepercerunt? teq; excepere benigne,
 Ut decet & par est. quis enim bene sanus in illum
 Seuiat iratus, qui cunctis utilis esse,
 Nec cuiquam nocuisse velit? res scilicet ipsa,
 O pudor! o immanc nefas, & morte piandum!

A 4

Sat

“
“
“

Sat loquitur, tua quam fuerit præsentia mundo
Grata malo. qui progenitam de stirpe Davidis
Regifica Mariam tum sic oppreserat; illa ut
Nupta fabro, antiqui generis velut inscia, vitam
Degeret obscuram et miseram. quam scilicet unam,
Hospitio velut indignam meliore, bouinum
Truderet in stabulum cognato sanguine iunctus,
Interea ipse sibi meliora cubilia fastu
Turgidus inquirens. Stabulum sic ergo latebras
Instabiles tibi nascenti, præsepia cunas,
Fulmentum & tegmen tibi gramina sicca dedere
Christe puer, quando interea se iactat in ostro,
Fultus olorinis, per culta toralia, plumis
Impius Heredes. male qui sibi conscius, aure
Accipiens nuper prognati nomina regis,
Insidias mox innocuo tibi Christe, tuisq;
Vim parat, Ægyptum ut per tesequa, per auidasaxe
Cogaris petere, & tacitus latitare, tyrannus
Ascalonita ferox diris dum vermibus esca
Omnibus exosam exeso de corpore vitam
Euomeret miser, & nusquam miserabilis ulli.
Hoc extincto, iterum patrias regressus in oras
Dum tibi commisso sensim diuinitus acer
Incipis officio fungi, populumq; docere,
Quæ resipisciendi ratio; quæ vera salutis
Semita: tum vero genus irritabile magni
Pontifices, scribae, pharisei, & quidquid ab horum
Pender-

Pendebat vultu & nutu, se opponere Christo
 Instituit, tanta rabie, tantoq; furore,
 Vi, fraude atq; odijs ; ludum illa priora iocumq;
 Crederet ut quiuis non barda mente vacillans.
 Nam genus hoc erat eximiæ probitatis in umbra,
 Zelos æq; notho prætextu relligionis,
 Cuius se solum normam credi atq; columnam
 A quouis voluit, proprij cupidissimum honoris,
 Et primi accubitus, & magni nominis : ore,
 Vestitu, incessuq; pium ; sed corde profanum :
 Tam lucri quam regni auidum; sua dogmata carpi,
 Quantumuis falsa, impatiens : sed carpere quoquis
 Et cupidum & promptum: atq; illos ante omnia luci
 Quos obstarre sue, & technis aduertere mentem
 Suspicio vel vana foret. quos vincere verbis
 Si scripturæ almæ, aut solida ratione nequirit;
 Nec possent etiam inuisos vi tollere aperta;
 Res alijs tentare modis, patuloq; susurros
 Magnatum instillare animo, subitumq; parare
 Exitium immeritis, sed nolle parasse videri.
 Suppositis sic terror erant. vox libera nulli;
 Non animus liber sub dictatoribus istis.
 Semper in ore quibus Moyses, & sacra leboue
 Gloria, pro qua se facere & tolerare crepabant
 Cuncta ; sed interea ventrisq;, & gloriae inanis
 Mancipia, erratis proprijs tam obtendere velum
 Astuti & cupidi ; ut quoquis errore teneri

Mallent, æternoq; igni flagrare gehennæ ;
Quam vel tantillam peccati agnoscere labem.
His templum exornare labor ; sed dogmate legem
Fermentare malo, & pietatis imagine tectis
Ritibus, atq; operum meritis adscribere cœlum.
Sic culices colare, & deglutire camelos ;
Sic onera atq; graues alijs imponere moles
Sunt dicti, quas nec minimo contingere vellent
Censores ipsi digito : sic deniq; cæci,
Cæcorumq; duces miseranda in gente fuerunt;
Instar ut his pecorum vestigia nota sequentum
Parerent securi alij, somnoq; grauatis
Non mulū absimiles, ronchos quorum inter anhelos
Conserit arua Satan lolio, lappisue pudendis.
Horum nam quæuis iurare in verba parati
Omnia laudabant, solidi possessio veri
His tanquam solis data cœlitus esset & unis
Mancipio æterno ; & quasi plane nullus eorum
Fallere vel falli, aut quoquis errore teneri,
Que laus est Domino solummodo propria, posset.
Hos ergo heroes, tam celsa in sede locatos
Filius ille fabri Galilæus vera monere
Quamprimum inciperet, populoq; ostendere fraudes
Ipsorum & pedicas ; eheu quæ scommata, quales
Insidias, odia, & plagas est ferre coactus.
Quas nec longa dies, nec lux clarissima veri,
Nec graue supplicium, nec fœdæ infamia mortis

Immi-

2.14

Imminuit. manet hæc Sathanæ semperq; manebit “
In Christum, Christiq; gregem rabiesq; furorq;. “
Imo quo Christi lux illa propinquior urget, “
Splendidiorq; micat: tanto magis illa tyrannis “
Effera seire, & Christo se opponere tentat. “
Non secus atq; olim obfessi de corpore iussus “
Cedere, membra prius pueri distorsit & ora
Spumea: visceribusq; furens discerpit eundem “
Pene Satan. adeo inuitus sua regna relinquit. “
Quod liquido quoq; sublati post funera Christi “
Re patuit. nam quæ domini tantiq; magistri “
Conditio in mundo fuit hoc; eadem illa ministris “
Ipsius incubuit, semperq; incumbet ipsisdem, “
Integra dum stabit trepidantis machina mundi.
Quid Stephanus fuerit passus, quid Petrus, & ingens
Præconum Christi numerus; quid martyrum acerbè
Cæforum tot myriades per regna per urbes
Pertulerint; monumenta docent cuiq; obvia sano.
Vsq; adeo solum Christi intolerabile nomen
Ausonijs Graijsq; fuit: quos inter ubiq;
Cuius Idolo, aut quavis ex gente deastro
Stercoreo patuere sores, penetraliaq; ima
Templorum atq; aræ. facere his & soluere vota
Eximie pietatis erat: sed mentio Christi
Nusquam tuta fuit: nunquam eius castra secutis
Sat tranquilla domus. quos propter plurima quāuis
Commoda præstaret, cladesq; auerteret orbi

Sæpi-

Sepius ipse Deus; quoties tamen illius ira
Efferat vel bellum populis, aut urbibus ignes,
Cumq; fame pestem immisit, terrae tremores:
Nil meritæ, toties offensi has numinis iras
A se irritatas culpis noxius nefandis,
Christiadum genti acceptas retulere: statimq;
Finibus eiecere suis, mortuæ dedere:
Se cultum officiumq; Deo præstare putantes,
Hæ si quisquiliæ, & scelerata catharmata mundi,
Quamprimum ferro & flammis undisq; perirent.
Hæc olim fuit, hæc hodie est, semperq; manebit
Christicola gentis ratio. mihi sanguine Scaldis
Sanctorum ruber; & sanie taboq; cruentus
Testis erit Tagus & Tiberis: mihi Sequana testis
Sanguineus pridem, tot sancta cadavera quando
Litoris Armorici querulis inuolueret undis.
Sequana, nunc etiam fratrem discernere ab hoste
Indocilis, post tot fraudes, periuria, cædes,
Damaq; diuulos in mutua viscera ciues
Exstimplans, illis modo Christus ut exsulet oris.
Hoc uno electo, maneat Iudæus alastor:
Et Mahometicola redeat blasphemæ Turci:
Moscorumq; cruenta fides & barbara corda
Inficiant alios: Epicuri de grege caco
Porcus iners, fraudumq; vagus renouator Arij
Nidificet paßim: meretrix Babylonia celsum
Dum caput extollens Sodomam superare laboret
Spurci-

Spurcicie, mundi & regum commune lupanar.
 Hoc Papa vult: hoc ferre potest: hoc regibus ipsis
 Per placet et volupe est: hinc omnibus aurea spondet
 Sæcula: diuinæ stultæ ad sua robora vires "
 Dimensi, angustisq; illas includere metis "
 Haud veriti. Christo nihil uno his triste repulso. "
 Sed frustra. manet ille tamen, victorq; triumphat, "
 Cum mundus victimum esse putat. Victoria nunquam "
 Est propior, quam cum iam desperata putantur "
 Omnia, & extremam minitantur cuncta ruinam. "
 Quin ipsum veri iubar hoc, emergere quod vult "
 Ipse Deus, solisq; instar confistere cœlo, "
 Deprimitur frustra à rabidis varia arte sophistis, "
 Viq; tyrannorum. micat hoc, semperq; micabit "
 Defensore Deo, cuius sapientia, virtus, "
 Et robur tantum est; cuncti ut toto orbe tyranni, "
 Flabracq; pontifices sathanæ, quando undiq; vires "
 Collegere suas, nil sint nisi putucris umbra; "
 Aut etiam tenues, quas texit aranea, tele. "
 Qui nihil absq; Deo facere aut tentare miselli, "
 Quantumuis tunidi, possunt. sicutuntur habenis
 Illius, & duris retrahuntur sepe lupatis,
 Cum libuit. quin ipse Deus sua fata ministris
 Hostibus exsequitur. qui nil sibi tale volentes
 Decreta ignari per agum ipsius: eumq;
 Ad finem rata dedicunt qui per placet ipsi.
 Sic cum se nocuisse putat, prorsusq; reliquit

Nil

3, Nil intentatum, nolit velit atra tyrannis;
2, Sæpe Deo, sanctisq; viris inferuit ipsa, &
3, Profuit immensum his, pessimum dare quos satagebat:
Non aliter, Christi quam quando exstinguere clara
Incipiunt lucem hæretici; stertentibus ante
Tunc oculos veluti pandunt, ut querere verum
Acrius instituant plures: fontisq; scatebras
Percupide incipient spretis accedere lamis.
Hinc iterum abscedunt tenebrae: lux aurea nimbis
Discussis micat: & fraudum sibi conscius error
Mussat, & obscuris fugiens se condidit antris.
Exultat vietrix pietas, & nescia Vinci
Astrica religio, summi sine patre parentis
Filia, quam varijs quamvis terroribus, armis,
Illecebris & fraude petat Basiliscus Auerni
Accola; eiq; simul coniunctis viribus adsint
Europæi omnes, & ei sua sceptra caputq;
Submittant reges: & plantis oscula figant
Barbarici proceres, etiam contraria nobis
Sidera qui spectant, Iapones, fusiçq; Moluccis,
Cannibalosq; inter luco prædiuite cincti
Bresilij, Parandas sibi qua Lepetisq; nouarum
Gemmamarum strepitu, grumisq; crepantibus aurè
Finitimi, falsum lymphis mare dulcibus intrant:
Nequicquam tamen hanc unam conuellere tentanti
Tam saxo innisam firmo, rupiq; præaltæ.
Quam licet hinc Boreas, illinc vi verberet austera

Infa-

Insaniq; maris rabies valido impete tundat
 Ardua & exultans, & formidabilis uno
 Omnibus adspicu, tantum imminet agmen aquarū:
 Illa tamen solido pede fixa immobilis adstat,
 Eludensq; ictus caput inter sidera condit.
 Cessant flabra Noti: scopuloq; repulsus in æquor
 Fluctus abit, velut exanimis: dilabitur æstus:
 Stat furor ille ferox pelagi, saxoq; latranti
 Immoritur languens, cassaq; obmurmurat ira.
 Scilicet hic est ille lapis celebratus in almo
 Codice sacrorum, cui si quis verbera pugno “
 Feruidus intentet; non hunc, sed se miser ipsum “
 Verberat & ledit. qui vi se impegerit illi, “
 Frangitur. aut sursum quisquam hunc si iecerit; illū “
 Conterit oppressum ingenti cum mole relabens. “
 Interitu id docuere suo Pharaones, & illa
 Herodum mala colluuiet, gentiq; piorum
 Terribilis. contra quos rana & vermibus uti “
 Militibus Domino, vt fastum pessundaret omnem, “
 Tum placuit. neq; enim melioribus indiget ipse; “
 Nec tales censet dignos melioribus armis
 Militiae Deus. sed idem quoq; funera Saulis
 Testantur reprobi. quin ambitiosus Adonis
 Cum gemitu testatur idem, qui sceptra paterna
 Rapturus Salomoni, eadem quasi certius illi
 Confirmat, seq; exitio male destinat ipsum.
 Quid tibi Ierobeam dextra arefcente rigentem?
Quid

Quid memorem Hamanū, Antiochos, crudosq; Ne-
Julianos, Diocletiadass? quid deniq; nuper (rones;
Sccptrisferum bone Celta tuum, spectacula lustu
Mutantem: medium cui discedit ardua frontem
Lancea, & in furiis grauido stetit acta cerebro,
Spectaclo ut rex ipse suis popularibus esset
Mirificè horrendo. hic multos breuitatis amore
Prætero, quorum interitus & fata stupenda
Quosq; monent, his quod vanis conatibus obstet
Ipse Deus: nec Christum humanis lædier armis:
Sed struere exitium hos sibimet, qui talia tentant.
Nec tibi de numero hoc animosos fraude sophistas,
Et simulatores pietatis psychotyrannos
Eximo, progenitor quorum Ismael, aut Cain ipse ut
Ædibus ejicitur patrijs mandante Iehoua
Infamis tanquam: sic certo Ecclesia tandem
Euomet has olim, Christo ipso vindice, pestes:
Exitioq; dabit. probat hoc palpator avarus
Sedecbias, quadringentis qui nequiter audax
Complicibus, Micham contra unum vera sonantem
Inflammatus regum: ut constringere vincis
Insontem auderent: & se se accingere bellis
Infaustis: unde hic mortem; grauia ille reportat
Vulnera: et euentu suerint quam vana Gnathonum
Oracula agnoscunt sero: Michamq; remissis
Exsoluunt iterum vincis. fugit ille sequaci
Cum grege palponum, vacorsq; & spretus oberrat,
Suspi-

Suspirans, & viua vagans morientis imago.
Quid tibi Ieremias carpentem oracula vanum
Ananiam, & subita correptum morte, pauores
Inter tartareos & quid fuisse sum Iscarioten?
Obstreperum quid Paulo Elyman, mox luminis usu
Orbatum, & reprobæ dantem clarissima mentis
Omnibus indicia ad fulgentis lumina veri
Quæ dum oculos ultro claudit, peccasse videri
Nec vult, intro animum quamvis quatiente flagello;
Has merito poenas à iusto numine perfert,
Semper ut in propriam velut ingeniosa ruinam,
Et mala, quæ dudum timide præuisa refugit,
Excæcata ruat, nullis reuocanda medelis.
Quod pridem (horresco referens) miseroq; Spieræ,
Minnerijs, Chassanæis, dictisq; cruenta
De Roma monachis, & purpureo Lotharingo,
Innumerisq; alijs serò sapientibus, ista
(O potius monita audissent) ætate, patrumq;
Contigit, euenietq; alijs Christi hostibus, ipse
Matura scelerum cum iam iam messe Ichoua
Omnia falce metens cuius sua præmia reddet.

Quidnam igitur trepidas grex parvule talia cer-
Quid metuis? certè Deus immutabilis ille (nens? " "
Viuit adhuc; regnumq; tenet superabile nulli " "
Optimus Immanuel, pœnis qui æqualibus æqua " "
Nunc etiam sclera & labes compescere nouit, " "
Compescetq; breui, ut totus rem sentiat orbis. " "

B

Causa

» Causa etenim hæc non nostra vocari iure meretur;
» Ipsius est sed causa Dei, qui nullius unquam
» Indiget, ipse sibi auxilio sine, solus & unus.
» Sufficiens: & qua voluit quoq; solus abunde.
» Perficere & præstare valens: huic nemo resistet.
» Iura dabit nemo. huic iam visa per inuita nobis
» Est via certa, modusq; adeo, quorum optimus ille
» Multiplices habet & nouit, mortalibus ægris
» Ignotos, quibus ulro inter discrimina mille,
» Mille neces, seruare suos vult ipse potestq;.
» Inuito quo nec minimus de vertice eritis
» Desfluet: aut etiam capiti incurvabitur haren.
» Edocti hinc, nunquam humanis confidere nugs,
» Vni hæc cuncta Deo votis ardentibus ipsi
» Commendemus, & in creperis circum undiq; rebus,
» Non quid nos, quid magnates, quid bellica possint
» Robora, quid socij, quid machina fulminis atri
» Amula, quid gladius, quid fossa profunda, quid arces
» Quid nummi valcent, mundi meditemur amore:
» (Hoc faciant quorum id partes & functio poscent)
» Sed potius quisnam, & qualis, quantusq; Ichona
» Sit Deus: & quantum non solum fulmine; verum
» Nutu etiam possit, bene perpendamus: & ipso
» Freti uno, unanimes, & spe mala nostra leuantes,
» Officij peragamus opus, quod cuiilibet ipse
» Imposuit: castisq; oneremus sidera votis:
» Euentumq; huius turbe, rerumq; per orbem

Tan

248

Tan varie perplexarum , mireq; cadentum " "
Permittamus ei , in quo viuimus atq; mouemur , " "
Et sumus, hic quotquot prægnantis munere terræ " "
Vescimur in cunctis spaciōsi traxibus orbis . " "
Ille quid expediat, quid triste, qid veile nobis " "
Sit, melius, quam nos ipsi, iam præuidet, idem " "
Et præuisa suis potis est aduoluere metis. " "
Hic si parcendum nobis putet ; omnia regum " "
Corda sua tenet ipse manu, quia condidit ipse " "
Omnia corda hominum , quæ mitia reddere nobis, " "
Sint inimica licet , furijsq; ardentina , solus " "
Ille potest : rabidos tibi ceu Daniele Leones, " "
Isacidæ ceu Labanem , & cor fratris Esau , " "
Victoremq; orbis cano placauit laddo.
Aut si idem lapsus & crima nostra (fatemur
Quæ miseri , decuploq; etiam grauiora mereri
Nos ultrò querimur) sibi castiganda putaret :
Profectusq; adeo facienda pericula nostri :
Non tamen abijciet miseros. manus illa flagello
Corripiens virgaue pios, aut vulnere cædens;
Mox eadem quoq; sanabit : viresq; leonis
Afflabit constanti animo; manusq; leænae
Robora , ut hostiles Panum terroribus acte
Diffugiant, etiam nullo insectante, cateruæ.
Aut si consistant ; Goliathum ut funda Davidis
Proruat, & proprio caput illi præsecet ense.
Vis tua cœlestis tam mira atq; ardua, ut illam

B 2

Nec

» Nec mare, nec tellus, nec tanti fabrica mundi
» Ambiat, haud nostris pendet de viribus, ampio
» Aut numero. tu per paucos spretosq; subinde
Exseris ipse tuas, quasi per miracula, vires.
Tu minimi gregis es custos tutorq; fidelis:
Infirmi tu defensor, protector inermis:
» Tu desperati scruator es unicus, & que
» Qui potes in paucō & multo tua robora mundo
» Pandere, & ex artis patrare ingentia castris.
» Principiumq; licet non det se semper, ut ipsi
Vellemus felix (quando & tua sancta voluntas
Non raro à nobis etiam contemniur, ultro
Ad iustas cum te peccando accendimus iras.)
» Principium tamen hoc ipsum faustissimum olim
» Exitus excipiet, certò victoria nostra est:
» Quando triumphatum Christi victoria mundum
» Cum Satana dudum, nostra in compendia, vicit.
Illos Mars dubius trepidos perturbat & angit,
Discruciatq; inter curas variosq; labores:
Et bona principia, ut iactant, fortuna sequetur
Flebilis, & finis toto lacrymabilis orbe.
Sed nec differri modo dicta diutius & quo
» Forte putas; summo mos est differre lehoue
» Pleraq; , ut id nostris oculis mentiq; videtur,
» Sed tandem viatrice moras dextra ipse rependit.
Nec procul est, mihi crede, manus magna illa potesq;
Tot passim insidijs, laqueis, unda, ignibus, armis,
Perfi-

239

Perfidia, probris, dictis factisq; nefandis
Irritata manus. nam se se affligier ipsum
In cruce iuslorum, pupaq; sibi intima tangi
Affirmat pater omnipotens : se calce feriri
Saulis ait Christus, teneras quando ille Damasci,
Et trepidas Ecclesiolas in vincula poscens
Tenderet. ille caput siquidem, consorsq; suorum,
Omnibus in membris violatis lreditur ipse
Saucius, & similes passus quandoq; dolores.
Sed quisnam est adeo latus, se ut calce feriri,
Pupillam aut teneram toties sibi cuspide ferri
Pungit animo facilis, & vultu patiatur amico?
Nemo equidem viuens. Quid tu ergo immense Ieho-
Quid semel euigilans facies? patientia certe (ua)
Tam crebro læsa, in certum superata furorem
Erumpet tandem, atq; his artibus Antichristi,
Hisq; tyrannorum gladijs, coecosq; furori,
Mancipijsq; alijs Satanae, scruisq; superbis,
Vinosis, & conseruos vi cædere suetis
Constituet quandoq; modum, quem protenus ultra
Tendere non valcant. quod si his in cladibus ortis
Nos etiam damna, exilium, lethiq; labores
Cogamur ferre, aut iugulos præbere macharis;
Quid resert? sumus infirmi, fidei q; pusilliæ.
Non nego. sed Christus consors certaminis huius
Ipse prior fuit, atq; eius vexilla secuti
Innumeri cœli proceres, tot lumina mundi.

B 3

Q 40-


Quorum ipse, ut dixi, caput est: ex vulnere eorum
Ceditur: et robur tanto in discrimine rerum
Suggerit ipse suis: maioraq; viribus ulli
Haud unquam imponit: tandemq; triumphat in ipsis.
Hoc tanto duce quis trepidet? quis praefide tanto
Et tutore tremat? quis conditione locoq;
In mundi his meliore fremens velit esse cauernis,
Quam Christus prior ipse fuit? num sanctior illo es?
Aut melior? digniusq; minus cruciatibus istis?
Quorum probra omnes Satanae mundiq; triumphos
Exsuperant longè, atq; illos post terga relinquunt.
Nec tu, quisquis oues Christi mactare tot audes,
Hoc factio longum letabere: quando piorum
Sic numerus tibi decrescit, qui suadere vota
Pro te, precijs tuis deuota mente solebant:
Et tibi fulmineas precibus suspendere poenas.
His igitur sic sublatis, tua gloria quam sit
Longa futura vide: aut potius quam proxima fini
Sit misero, horribili, et nullo tibi fine gemendo.
Nos vero, quos tu è mundo tot tollere technis,
Supplicijs, bellisq; studes, quo seuius urges;
Hoc cælum acceleras propius, cœliq; perennis
Gaudia, et aetheriae sat tecta capacia sedis.
Votorum dudum qua meta ex summa meorum
Una fuit, quorum en compos, nil cetera curo,
Nil moror omnino, votis meliora, petitisq;
Vberiora ferens. Sed quo velut enheus astu

Abri-

Abripiōr feruens? forsā quoq; longius, illud
 Qyam ratio cunarum ut perferat alme tuarum
 Christe puer. Sed präsentis me turbida saclī
 Cunctarum rerum facies, & tristia mundi
 Tempora, maiorumq; metus seriesq; malorum
 Impendens, hæc me paulo accuratus, atq;
 Altius crūere, & sociis proponere iubit.
 Si placebo; satis est. si non; meliora cuiq;
 Quærere, & ista mihi meditanda relinquere fas est.

Tu venerande puer, par maiestate coeno
 Eternoq; patri, cui sancta Ecclesia multo
 Carior est quam tu ipse tibi, nos respice quæso
 Cladibus in tantis patriæ, Europæq; tumultu,
 Vel potius misero interitu, mundiq; ruinis.
 Cumq; palam quiuis videat non cæcus, ubiq;
 Lux Euangeli quæ mundi exosa tyrannis
 Sit, rabiidis falsaq; pijs pietate Sophisla &
 Spermologi sculpis preeuntibus Antichristi
 Quæ turbas, quæ bella, tuo quæ incendia ouili
 Christe pacem, cupidi nos ima à stirpe reuulsos
 Tollere, et exortam vix, vi hanc extinguere lucem:
 Ipse age Christe Deus, qui corda animosq; creasti
 Cunctorum, & mutare ipflos, tua mira voluntas
 Postulat id quoties, potis es; quæso ipse refinge
 Hos animos bonus, & melioribus imbuœ cœptis.
 Aut caput illorum subita vertigine tortum
 Commine, horrendasq; minas viresq; feroce

Reprime cum technis Satanae, ne cuncta cupitis
Ex animo finire queant: sed cladibus ipsi
Interituq; suo funesto nomen honorent
Illustratiq; tuum inuiti. vel si hoc quoq; propter
Flagitia, & vitæ labem impetrare nequimus;
Da saltem ô diuine puer, mitissime Iesu,
Ut robur viresq; mihi, te dante, pijsq;
Omnibus è cœli suprema desuper arce
Suppeditent, quo magno animo, placidoq; framus
Omnia, quæ ad laudesq; tuas, & nominis almi
Augustum decus hic, & maiestatis honores,
Et simul ad nostram sunt conductura salutem.
Credo equidem rata quæ petimus certo esse futura;
Tu tamen, alme puer, fidei trepidantis & agræ
Vim, radijs procul è cœlo rutilantibus auge.



COSMOSCOPIVM
sive
RVSTICATIO.

AD D. GVSTAVVM AB OSTEN,
Nobilem Pomeranum, Iu-
uenem CL.

R Vre suburbano tam quod delecter, & inde
Progressus, sèpe ulterius per prata per agros
Cum vacat, extra urbem totas consumere lues

Haud

Haud dubitem; miratur inops candoris Aruncē
 Triste supercilium, & patruæ grauitatis acumen.
 Sed neq; consilij me aut facti pœnitet huius,
 Nec piget. in tenebris alij mussentq; malisq;
 Artibus intenti lateant: fraudesq; misellis,
 Sæpe nihil meritis uectant: macrosue clientes
 Verborum sumis, sub velo iuris & æqui,
 Argento emungant: mihi dummodo degere ruri
 Interea innocuo liceat, cantusq; volucrum,
 Mane nouo, & reducem cantu præuertere solem.
 Dum roseis stellas bigis aurora fugatas
 Diſipat, inq; herbas argentea gemmula roris
 Depluit, & spinas inter rosa pandit acutas
 Compressis grauidum folijs, & odore suavi
 Coniferum calicem: placide qui afflatus eois
 Auroræ radijs, summi mucronem obelisci
 Promit hians, tenuiq; micat spectabilis ostro.
 Mox vero & totum calathi fulgentis honorem
 Explicuit, medioq; nitet rosa nobilis horto,
 Purpurea aureolam circumdans ueste coronam.
 Interea admirans hæc, dum vuidus ordine lustro;
 Iam totum eois caput vndis auricomum sol
 Extulit, & magnum collustrat lampade mundum.
 Vitaliq; creat, fouet, atq; alit ista calore
 Omnia, quæ tellus gremio de diuite promit.
 Hic ego quam magnus sit dum considero; & ingens
 Quam ſpacium paucis, (mirandum) permeet horis;

Ut lucem tenebræ, tenebras lux orta sequatur:
Ver, æstas, autumnus, hiems ut munere solis
Signa per obliquo nitentis tramite, certis
Distincti spacijs abeant, redeamq; quotannis:
Vtq; adeo totus sua per vestigia in orbem
Annus eat varius prout rerum postulat ordo,
Quas tellus nostros paſsim producit in uſus.
Hæc, inquam, intenta quoties ego mente reueluo,
Perpendoq; stupens; toties quoq; cogito, quanto
Sit maior, melior, sapientior ipſe Ichouæ,
Qui tantum Solem, & magni dædalmata mundi
Cætera cuncta, unus verbo omnipotente creauit,
Conseruatq; manu valida, & seruata tuetur,
Ad legem velut & stabilem composta tenorem:
Inq; operum auctoris tantorum, ut debeo, laudes
Mente, animo, lingua, atq; imis affurgo medullis.
Aut ubi mox illud purum, sudum atq; serenum,
Se picea inuoluit fuscum caligine coelum:
Aut nubes coeunt: denso aut ruit æthere nimbus:
Aut imber segetes, vel grando verberat hortos:
Aut simul e ſpißis vibrantur nubibus ignes:
Terrificisq; adeo tremuere tonitrua bombis:
• Hic etiam attonitus vim virtutemq; Ichouæ
• Suspicio: & quam præ hoc nihil sint omnia mundi
• Consilia & fraudes, & robora, mente fideli
• Perpendo, & toto noua fentio gaudia corde:
Nilq; tyrannorum rabiem, nil dæmonis iram,

Illius

Illius aut folles tumidos, strictasue macheras,
 Tela, minasue moror : tetricos nil curo sophistas
 Obstantes vero, & pedicas neruosq; parantes
 Innocuis. siquidem vel solo sincere natus
 Ille utrosq; potest, cum vult, & tempora poscent
 Aptæ Ecclesiæ. quam nulla ætate leboua
 Destituit nudam auxilij, expertemq; salutis.
 Quid tibi iam æstiuis grauidos torrentibus amnes?
 Quid vitreos paßim fontes? quid margine ripæ
 Herbifera inclusos riuos? quid sparsa quadrigis
 Flumina veliferis, aut stagna profunda lacusq;
 Piscosos memorem? quid terræ sidera flores?
 Quid silvas hortosq; canam, nemorumue latebras?
 Quid fructus terræ varios, partim arbore natos,
 E terra partim effusos, quid pascua narrem?
 Quid pecus omnigenū in pratis et vallibus errans,
 Quid volucres pictis tranantes aëra pennis?
 Quid genus herbarum varium, fruticesq; comantes,
 Cætera quid narrem, totis circum obuia campis,
 Tam varijs miranda modis, tamq; usibus apta
 Omnigenis hominū, et pecudū, volucrumq; vagarū.
 Ex quibus haud quidquam est adeo vile atq; pusillū,
 Quod non esse Deum, quo fas est, prædicet ore:
 Et maiestatem illius, viresq; stupendas
 Tam sapientis, & aeterna bonitate fideq;
 Mirifici clarè, quamvis nullo ore, loquatur
 Omnibus, auctorisq; sui magnalia pandat,

Omniaq;

Omniaq; in nihilum redigat, licet ardua, regum
Roboraq; & fastus, & stulti somnia mundi.
Quorum omne ingenium, vis atq; superbia nullum
Vel minimum istorum potis est producere gramen,
Ut florem & semen taceam, fructusq; salubres.

Sed forsitan mihi vel Boream, gelidosq; triones
Obijctes : quibus haec rego subiecta, nec haustus
Vitigeni latices pleno terra ubere fundit :
Nec succum profert olei : non germina lauri :
Non sicū aut platanos, non palmas, non cyparissos.
Quod tamen ipsum etiam certa argumenta lechouant
Laudandi mihi suppeditat. defectibus istis,
Pro bonitate sua, qui ultroneus ipse medelam
Attulit optatam. Vinum his quod prouenit oris
Omphacium est fateor ; sed totis hordea paſſim
Camporum ſpacij densis vndantia aristis,
Et lupuli thyrſus, viti hic velut æmulus hortis
Inſitus, efficiunt ut dulcis germine vitis
Æquo animo caruiſſe queas, quando illa liquoris
Temperies coeli, ſtomacho, cerebroq; ſalubris,
Si modus haud defit, bibitur: generare cheragras
Neficia, vel podagrás, quis vinum ſæpe bibentes
Occupat ante diem, & plus quam diuexat acerbè:
Soltijs æſtum cumulans, & viscera adurens.
Dum liquor hic anni vel quoquis tempore ; casę
Sub betula, ſi meſſis eat ; ſi fr̄gus, ad ignem,
Utilis est, vires & firmi corporis auget,

Cunctaq;

223

Cunctaq; largitur de se, qua vina merata
Dant alijs populis. seu quis sibi poscat acetum;
Aut fecis latices amburente igne liquatos.
Pro baccis olea est butyri copia tanta,
Quantam tellure in solida vix videris usquam,
Credideris etiam pro lauro est silua pirorum,
Pomorumq; ferax, qua succis atq; colore,
Multo quam quis forte putet, nisi viderit ipse,
His meliora locis, quamuis sint frigida, paßim
Prouenient magno numero. quid fraga, quid atra
Prunorum & cerasi baccas, Cretensia mala
Quid memorem, coryliue nuces, fagine, gulosis
Pabula quæ suibus, tanta harum est copia, præbent.
Quid tibi siluarum tractus, pinguemue ferinam,
Lignorumue strues referam? quis frigore brumæ
Vincimus ante focum, aut florentes igne caminos.
Omnia quid repetam? quis quamuis pluscula desint,
Delicias si quis tantum, non vtile spectet;
Despectus tamen hos ipsos largissima magni
Dextra Dei donis alijs compensat abunde,
Hospita dum paßim, vasti maris ostia pandit
Oceanij; vias, (qui iam satur cuomit aestus
Plemmyrij undantes, audeq; resorbet eosdem
Ceu sitiens, secumq; cito rapit obvia flexu)
Ostia littoreas augentia fructibus urbes,
Per quæ alij sua nobiscum, nos nostra vicissim
Plaustris pontigradis communia reddimus illis.

Huic

Hinc salis, hinc vini, hinc frumenti, hinc piscium
Exsistunt tanti. hinc preciū tolerabile rebus (cerui
Quis opus est, alibi multò quæ pluris emuntur,
» Nec bonitate pari. Sic nos pater optimus illa,
» Ad Borcam licet abstrusos, sylvestrat alijs
» Vbertim, cumulaq; rei nullius egenos,
» Præterquam mentis gnare bene talibus uti;
» Soluentisq; Deo meritas hoc nomine grates.

Q. 50

His alijsq; adeo curis ut vidit Eous
Me Sol intentum; sic vespertinus in ijsdem
Constantem cernit. quin cum se condidit ille
Fluctibus occiduis, et sidera pingere cœlum
Paullatim incipiunt; tunc et mea lumina sursum
Sordibus à terræ simul euocat. hic mihi sepe
Cœlorum facies, tanquam Respublica quædam,
Aut armata acies in campis ætheris altis,
Ordinibus distincta suis spectanda reluet.
Stellæ ubi præ reliquis insigni luce coruscæ
Sunt procerum similes, sublimia sceptra tenentum,
Primorumq; Ducum. sunt quædam proxima primis
Sidera, tanquam equitum cunei, sed luce minoræ.
Maxima sed populi, vix et numeranda catervæ est
Sidereæ plebis, rutilo fulgentis in auro.
Cuius si numero vis ignea responderet;
(igneæ si modo vis illis, vigor igneus insit)
Tam multis cœlum flammæ haud ferret; et ipse
Mundus hic incenso totus flagraret olymbo.


Quo miranda magis tanti est sapientia patris,
 Ordine qui gradibusq; suis ita sidera mira
 Temperie quasi descripsit: spaciunq; cuiq;
 Conueniens dedit: ex certa in statione locauit
 Quodlibet: et vetuit positas transcendere metas.
 Illa etiam auscultant non segnia legibus istis:
 Atq; ita cœlestes, miris anfractibus vsa,
 Inter se, assiduo peragunt iterantq; choreas.
 O quam pulcra suis, quamq; ampla palatia Christus,
 Hoc abiens mundo, cœlesti in luce parauit!
 Gloria quam nos mira manet, distinctaq; certis
 Stellarum in morem indicij! post fata eaduci
 Corporis in coelo quando astra videbimus infra
 Nos posita, aspectuq; eius qui condidit ista
 Omnia, conseruatq; potens, sine fine fruemur.

Haec ego dum nuper te invitere gestio, nostro
 Cum Lauromonte et pueris, Gustave, per arua
 Frugifera et silvas, interq; tonitrua, nimbos,
 Fulgura, ventorumq; minas in grandine veclus,
 Incœpi meditari animo: quæ mane sequenti,
 Ut potui, in bipatens dextra properante pugillar
 Tunc retuli. quæ nunc studio maiore polita
 Mitto tibi, velut orta tuis et condita in agris,
 Et tibi propterea summo quasi debita iure.
 Quæ precor ut vultu accipias dextrâq; lubenti,
 Illorum auctorem ut pridem laute atq; benigne
 Excepisse tibi placuit. quod si insuper illa

perlu-

Perlustrare animo attento non displicet; oro
Dic mihi, num meditans formoso ego talia ruri
Aut peccem aut: rapido male tempore segnis abutur:
Aut aliquem ledam offensum: noceamue cuiquam?
Vel nocuisse velim, aut possum: merito ue reprendi
Aut carpi hic merear? non arbitror. ergo latebras
Ipse suas habeat sibi tam latebrosus Aruncus:
Dum lucem, dum rura mihi camposq; relinquat.

Scriptum Batevitij in Pomerania
citeriori. Anno 1585.
Nonis Iunij.



IN CESSATOR EM.

Q Vid stas? quid cessas spacijs inclusus ijsdem?
An non quo ulterius progrediaris habes?
» Extremam nunquam ullius sapientia metam
» Tangere adhuc potuit, postmodo nec poterit.
Decrescunt quoq; vel crescunt virtusq; fidesq;
Vtraq; quippe uno nescia stare loco est.
» Quin rudis euadit qui doctior esse recusat:
» Qui non sit melior, definit esse bonus.
Perge igitur cœpto in cursu, nec defice, donec
Ultima sit capiti parta corona tuo.

QVID IN REB. HUMANIS
Magnum,

Rebus

225

Rebus in humanis nil magnum iure putandum est. ^{ee}
Mens nisi, quæ mundo spernere magna potest. ^{ee}

S I S H U M I L I S.

Esto humilis, celsasq; miser non erige cristas. ^{ee}
Depressa exaltat, deprimit alta Deus. ^{ee}

C V M M V L I E R E Syrophcenissa.

Sum canis indignus fateor : quid enim mea cælesti
Crimina, sunt oculis quæ manifesta tuis ?
Quin etiam cane deterior si verribus æquer ;
Agnosco, & vietas en tibi dedo manus.
Nec maiora miser mihi vindico ; sed neq; sanctis
Æquari cupio Christe beate tuis :
Non peto delicias, non fercula lauta , locumq;
Conspicuum natos inter habere tuos.
Accumbant illi, ut par est, & necare tecum
Pascantur dites ambrosiaq; tua.
Sint etiam heredes patriorum iure bonorum,
Dummodo sub mensæ sit mihi parte locus.
In tenebris ubi reliquijs, micaq; cadente
Sit mihi fas duram conciliare famem.
Præterea nihil allatro, nisi propria demens
Flagitia , & sordes spurcitemq; meant.
Sed cupidè tamen è latebris tibi blandior uni.
Respic me clemens, & miserere mei.

C

F46

Fac tua dum soboles placide sopita quiescet,
Quia possum ut fures sedulitate fugem.
Fac scintilla meæ fidei te principe crescat,
Et minima ut dici maximi iure queat.
Simq; tue mane amq; domus pars parvula quamuis,
Angulus hic minimus vel mihi magnus erit.
Hoc ego si obtineam, nihil ultra optabo; sed uno
Sospite te sospes, diuite diues ero.

DICTVM D. A M-
BROSII.

Sicut amat gluto vitulum porcumque bimesstrom,
Mox pingueum ut cupido dente vorare queat:
Sic Satanus hatosq; suos, seruosq; beatos
Diligit, eterno perdat ut exitio.

QVOD AVCTORITAS
SACRARVM LITTERA-
RVM SOLA SIT ^{Geo-}
^{πνευματικη αυτοματικη}

H Y M N V S.

Cælo
Erroris expers nullus est
In mundo Adami filius.
Ne credulus sis omnibus
Dictis, libris, doctoribus.

Cælo licet vel angulus
 Noni quid afferat, eaque.
 Codex sacer nam solus has
 Exceptione maior est.

Vna sacre te litteræ
 Quidquid docent est Veritas:
 Quidquid iubent Benignitas:
 Quidquid volunt Clementia est.

Quidquid probant id optimum;
 Quod improbant est irritum.
 Quod pollicentur denique
 Ipsissima est Felicitas.

Sed non cerebri somnia
 Sunt inferenda huc proprijs.
 Promenda non hinc dogmatum
 Coacta fulcra inanum:

Referenda sed sunt, Veritas,
 Et explicans locum locus,
 Sancto inuocato Spiritu,
 Docili & pio quæ suggerunt.

Secus legens, affectuumque
 Hinc dira promens spicula,
 Araneo nil discrepat,
 Rosa cui salubris toxicum est.

Api potius quin æmulus
 Tu suge mella hinc entheas
 Vincique prorsus nescie
 Tibi veritatis prodiga.

Namque

Namq; autor huius Codicis
Iehoua mundi conditor,
Paterq; benignissimus,
Gregisq; custos paruuli,
Sine fraude solus Veritas,
Sine fardibus Benignitas,
Sine casibus Felicitas
Fuit, est, eritq; in secula.

SILENTIVM VERITATIS.

Si miser est princeps nemo cui dicere vera
Sustinet, ut GORDI saepe gemebat A NVSS;
Eheu quam paucos aut nullos pene beatos
Ostendent reges secula nostra tibi!

PRÆMIA PRÆCEDIT LABOR.

Vt nulli eueniunt crudis sine Marte triumphi:
Vt palmam optanti meta tenenda prius:
Vt nulla est mens, versa nisi vomere terra:
Vt nulli merces contigit ante operas.
Sic quoq; virtutum poscenti præmia, nunquam
Desigendus erit, qui parat illa, labor.

RABIES ET POENA TY- RANNORVM.

Vt vini assiduis potoribus, illa bibendi
Fœda intemperies vini non sedat amorem;

Quan-

227

Quando sitim excauit potius: sic quando tyranni
Sum semel innocuo aspersi tintiq; piorum
Sanguine; quotidiane magis inflammantur, ut illum
Gustatum sitiari magis, ardescantq; bibendo.
O infelices! tempus nam talibus instat,
Quo vomere ingluvie sibi tanta ingesta repente
Cogentur trepidi: aut crux isto ventre teneri
Impatiens, stomachumq; illis & viscera rumpet.

MORS CVR COMMUNE ITER
omnis carnis à S. scriptu-
ris dicta.

Omnis iter carnis mortem Scriptura vocauit;
Hoc quod iter cunctis sit inevitabile, carne
Humana induitis, seu sint iuuenesue senesue,
Serui seu domini, dites inopesue coloni.
Nil refert, quisq; ergo viæ se præparet iſli,
Dum licet & fas est: eiusq; viatica, firmam
Inuictamq; fidem, & mentem, quæ consicia recti
Sit sibi, postpositis nugis, rebusq; relictis
Omnibus, auxilio sancti sibi flaminis, acri
Acquirat studio. nihil illo triste parato.
Contra autem nihil horrendum magis esse, legiue, "
Audiriue potest, hominem quam viuere coecum "
Talibus in coeptis studiisue, aut deniq; nugis, "
Ut si fata vocent subito, non audeat iſdem "
In coeptis studiisue mori, & se sistere Christo,

C 3

Ad

„ Ad sublime illud, miranda in luce, tribunal
Quod nulli subterfugere aut vitare licebit.

PARODIA HORATIANA.
EPOD. VI.

Q Vile quid pauperculum vexas canis,
Imbellis aduersum lupos?
Cur idem in acres euomis canes minas,
Eiusdem ouilis vindices?
Quim mox remorsuras lacebras aut tigres,
Vulpeculasue subdolas?
Quarum vel aspectu unico obmutesceres,
Cauda sub alio condita.
Nedum experiri dentium vel unguium,
Vim prorsus efferam queas.
Nam cum tremenda voce complesti omnia,
Mox buccas offe voras.
Cave, cave, namq; in canes asperrima
Tales Ichouae est ulcio.
Qui voce magna turgidi mordent nihil
Se praeter ipsos inuidi.
Ursi & Leones interim ut crudelius
Agnos inultos deuorent.

PARODIA.
E P O D. VII.

Q Voquo furenter ruitis? aut cur dexteris
Stringuntur enses fulgidi?

Parus

228

Parumne paſſim Christiani sanguinis
Fusum est locis in plurimis?
Non ut perennem ex arcibus Bizantij
Germanus hostem pelleret:
Papæue in ipso ecu ſinu Germaniae
Vim ſeuientem auerteret.
Sed ut, ſecundum vota Turcorum & Papæ,
Sua hæc periret gens manu.
Neq; hic apriſ mos nec fuit ſerpentibus,
In diſparē ſolum feris.
Rabiesne uæſana, an rapit fatum acrius,
An noxa? quid fit dicite.
Silent. & ora pallor albus occupat:
Animiq; percussi ſtupent.
Sic eſt, acerba fata Germanos premunt:
Verbiq; contemptus ſacri
Ingratus: & doctrina vitæ diſſona:
Spretusq; martyrum crux
Tot innocentum, quo velut terra ebria
Rurſum nocentes euomet.

P R E C E S A C A D.
Rostochiensis in congreſſi-
bus Philosophicis.

Christe Deus, ſons doctrinæ, ſapientia mundi
Unica, fiderea profers qui largus ab arce
Notiti-

Notitiam patris æterni, vitamq; perennem;
Solus & ingenuas, patronus amabilis, artes,
Cumq; scholis urbes & templa domosq; tueris.
Quis tibi pro summis dignas persoluere grates
Muneribus queat & inter nos oracula verbi
Cœlestis vera quod cum pietate tueris.
Quod cœtum exiguum, qui te reuerenter adoret,
Et tua iussa colat nostras tibi colligs inter
Reliquias: misera post dura pericula vita
Cui tribulas patrij purissima gaudia celi:
Quod linguas artesq; bonas, Respublica quarum
Subsidii eget, in summo iam flore locatas
Conseruas, cumulasq; nouis bonus incrementis
Quotidie: Roseaq; adeo quod mitis in urbe
Hospitium studijs gratum concedis: ut acta
Olim in Sidonia sedem victimumq; dedisti
Thesbitæ, cum tota fame Iudea periret.
Et quamvis plures mereantur crimina poenas;
Quod dextræ tamen alma tuæ nos protegit umbra:
Vincit & immensum nostros tua gratia lapsus.
O soboles patris æterni dulcissime Iesu,
Imbue tu viuo pectus glaciale calore,
Ut tibi pro tantis præconia debita donis
Perpetuò dicant. studiorum protege lucem
Accensam, rectæ que norma & regula vitae est,
Qua sine Cimmerijs plena essent cuncta tenebris.
Tu doctrina hostes cohibe, seu fraude dolosa,

Seu vi

229

Seu vi barbariem accelerent, Sophie&q; ruinam,
Tu rege curriculum mortalis flebile vitæ
Luce Deus verboq; tuo, ductuq; perenni
Flaminis ætherij, quem mens studiosa sequatur,
Speratam donec liceat contingere metam.
Quin etiam hos iuuenes tota tibi mente dicatos,
Vxibus & Sophie cupidos seruire ministros,
Sive operam illorum schola, sive Ecclesia poscat;
Quisq; adeo nunc laureola de fronde coronans
Ipsa parat Sophie, promissi numinis aura
Tu rege, nobiscum ut faciant dicaniq; per orbem,
Plurima grata tibi, sanctæq; salubria genti,
Imprimisq; tuas tantum spectantia laudes,
Cui sit perpetuis intermina gloria sæclis.

IN MESSE PLUVIOSA.


Quid sibi tot pluviæ, toties quid flebile cœlum,
Quidq; volunt tristes tot sine sole dies?
Vis dicam: nolunt homines sua crimina flere:
Cœlum hinc continuas difflit in lacrymas.
Hinc segetes modo tam læte sternuntur: & anni,
Agricoleq; vñâ spes quasi strata iacet.
Hinc ostensa Deus pridem, iam retrahit orbè
Ingrato parca munera larga manu.
Si plagam ante sapis, eccli ut tibi desinat imber,
Cum lacrymis humiles, ô homo, funde preces.

C 5

VERA

VERA SAPIENTIA
A DEO EST.

„ **A** solo sapiente Deo sapientia vera
„ Atq; salutaris , non aliunde venit.
„ Stultitia est stulti insipiens sapientia mundi.
„ Fallitur & fallit qui sapit absq; Deo.
Hac neglecta igitur , cupida illam mente sequamur.
Nam satis in Christo qui sapit, ille sapit.
Nec tamen in circa linguis spernamus ab artes,
Munera quas magni sat patet esse Dei.
Quis sine nec Christi florere Ecclesia , nec pac
Hic homines inter certa vigere queat.
Verum illis semper sic inuigilemus , ubiq;
Sit tamen ut vera nil pietate prius.



M E M O R I A
IOANNIS SAMBUCI
Medici & historici Cæ-
sarij. V. CL.

Ω Υ Μ Ε Β ΔΕ Ψ ΟΝ ΑΝΩ.

Quantus in historia Crispus , medica arte
Machaon,
Silius in versu, rerum experientia Ulysses
Multas.

Multarum atq; v̄su : tantus fuit unus in istis
 Omnibus Hungariæ viuis morientis ocellus,
 Ille palatinos inter vel prima clientes
 Gloria Sambucus , binisq; fidelis Achates
 Cæsaribus. patri , cui Maximus Aemilianus ;
 Et nato ; cui consilijs vis auxilijsq;
 Nomina de primo tribuit deducta Rodulpho.
 Qyin celebres inter nostro celeberrimus aeo
 Historiæ Augustæ scriptor , dominusq; librorum
 Et monumentorum veterum quasi prodigus , illud
 Publica si utilitas sibi posceret. id quod ubiq;
 Chalcographi, doctiq; viri, chartæq; perennes
 Vociferantur , & eximium sibi laudibus æquant
 Patronum hunc, tam magnificum, & nullius auarū,
 Occiduum præter tempus, studiumq; iuuandi
 Ornandiq; bonos. quod quanto hoc rarius aeo est ;
 Tanto etiam laus Sambuci præclarior esse
 Censenda est. cum præsertim cumulauerit illam
 Virtutum mater pietas, studiumq; placendi
 Parendiq; Deo. sine quo sunt omnia nugæ
 Rebus in his creperis passim quas vulgus , & illi “
 Non multum absimiles spectant, mirantur, adorant. “
 Nequicquam. quid enim sat firmum talibus insit ? “
 Quid stabile? ante suum percunt quæ sèpius ortum. “
 Aut florem ante cadunt, aut saltē protenus ipso “
 Vix nato cum flore iacent. Velut omnia Lunæ
 Supposita instabili nutant trepidantia motu,

Inten-

Intentantq; vices rebus simul omnibus, almo
Quas tellus fouet amplexu, vel sustinet orbe.
Aequali donec mors demeat omnia falce,
Mors Iro Baciden', mors rastros fascibus equans.
Quid solidum in fragili, quid fixum in turbine tanti
Dispicis Euripi? sursum tua lumina, sursum
Verte animos, animiq; oculos cordisq; sequaces.
Sambuci exemplo. qui quamuis gente paterna
Nobilis, et dites inter non ultimus esset;
In rebus tamen humanis nil iure vocari
Aut magnum esse sciens, praeter nullius egentem
Inquietumq; animum, sibi qui constaret, et illa,
Que plebs magna putat, prorsus contemnere possit;
Sursum oculos animumq; tulit, meliora caducis
Affectans, cupideq; sequens. nec vana fessilit
Spesq; fidesq; virum, gremio telluris amico
Has qui reliquias, patriæ potioris amore,
Deposuit, mentemq; polo, dum rursus utrumq;
Copulet ille dies, quo fracta et diruta mundi
Omnia restituet prisco renouata vigori
Auspicio meliore Deus, mundi ille Monarcha
Vnicus et verus, qui regibus imperat ipsis.
Hic desiderij, hic votorum quisq; suorum
Compos erit, solidisq; bonis in pace fruetur.
Non ullis vicibus, fatoue obnoxius ulli.

30

30

OEQ-


ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ

α Εάππιος.

Bonniadæ patriam cum proditione subactam
 Cepissent nuper Paparum à parte cohortes;
 Mox etiam eximium Christi pietate ministrum
 Præcipitem, & manibus pariter pedibusq; ligatum
 Merserunt Rheno; Papis qui mitior iphis
 Excepit placide vincitum, & iam pondere mersum
 Corporeo fuit primò, & mox rursus in altum
 Extulit, imposuitq; vado, vinciliq; solutum
 Sustinuit placidis vndis: placidoq; natantem
 Margine suscepit madidumq; & pæne rigentem,
 Eneclumq; gelu. quæm sic miseratus anhelum
 Igni aliquis placide admovit, viresq; misello
 Restituit, rursusq; dato vestiuit amictu.
 Sic ille incolmis, vitaq; in morte retenta,
 Mirandum, in patriam rediit, non prorsus tonat
 Dißimilis, multisq; pijs è morte receptis.
 Hinc discat Bromius, discant hinc omnia Papæ
 Mancipia, & Satanæ ipsus se tendere tantis
 Frustra odijs contra Christum, Christiq; ministros,
 Imbellemq; gregem, vincet nihilominus ille,
 Mergi equidem patiens, submergi nescius ullis
 Ipsius Oceani aut Rheni vel Tibriddis vndis,
 Ille ingens victor mundi, qui victus ab ipsa
 Clade credit victor: circum Alethea triumphos

Duceat


Ducet & erecto crucis ipsa in strage tropaeos
Inuita Papa & Satana sua regna tenebit.



IN CAPVT VRSI,
ET QVATVOR PE-
DES VRSINOS,
Rostochij valuis Nouæ por-
tæ affixos.

Quid sibi vult ursi caput hoc, dëtesq; minaces?
Quid fauces patulae? quid circum quatuor
Hirsutiq; pedes, armatiq; unguibus uncis? (atri
Hoc illud portentum ingens, quod maximus ille
Rex Danaum socero nuper transmisit alendum.
In ludos & Rhosiaceæ spectacula plebis.
At ille impatiens ludi cum frangere clathros
Auderet; paßimq; fremens percurreret urbem.
Fulmineoq; vagus nonnullos dente feriret:
Tum vero dux magnanimus, populiq; saluti
Intentus mage quam ludis, bonus V D A L R I C U S
Vi iugulari illum voluit, ne dente vel ungue
Terri-

Terribili cuiquam post formidabilis esset.
 Sic ergo his portæ valuis bipatentibus hæret
 Grande caput, siccisq; oculis atq; auribus hirtis
 Illepidum : linguaq; nigram de faucibus atris
 Exserit, & rictu patulum os diducit inani.
 Stant ungues circum aridyli, clavisq; subacti
 Dedicidere minas vna cum dentibus ipsis.
 Macte animo hoc princeps. fortis te dextra lehouæ
 Protegat in florem patriæ, ut tua cuncta pericla,
 Euentuq; pari damna & monstra omnia vimcas.



IN SPERMOLOGVM.

Spermologus quidam inspiens & barbarus ipse
 Immerito carpit meq; measq; scholas.
 (Nam præter quam quod puluis, mala gratia,
 Et grañi istius præmia sunt operæ: (phtheires,
 Hoc etiam huic ludo est proprium, ut tutoris egenus
 Subiaceat Momis saucius innumeris)
 Idq; scyphos inter, cerebri cum feruet acumen,
 Et sunt qui cupide talia ferela probent.
 Qui sit, qui fuerit, potui resuscitere nondum.
 Verum ubi resciiero, vœ tibi spermologe.

L E-

IN IOAN. GLANDORPII ONO-
MASTICVM Romanum.

Quantus in historia fuerit Glandorpius olim
Romulidum imprimis; Glandorpius ille fidelis
Saxonice & felix Chiron Phoenixue iuuentae;
(Sed Phoenix Christo addictus, Chironq; beatae
Semita cui patuit Centauro imperuia vita)
Et viuo validoq; illo res ipsa docebat,
Cum laudis præco illius foret ipse Melanthon:
Cui tanto placuisse viro vel maxima laus est.
Nec monumenta tacent nunc postuma, pluscula quo-
Obruta iam tenebris in luminis intulit oras, (rūs
Atq; insert nostro polyhistoris emulus aeo
Iuliados Reinecciades vernantis ocellus.
Cui tu perpetuas isto dic nomine grates,
Et gratus fruere amborum sospesq; labore.

LECTORI CVI-
CVNQVE.


Si tibi non flagris mens conscientia vapulet ante,
Non est quod metuas hinc tibi flagra. Vale.



Terribili cuiquam post formidabilis es,
Sic ergo his portæ valuis bipatenibus
Grande caput, siccisq; oculis atq; auris
Illepidum: linguamq; nigram de faucib;
Exserit, & rictu patulum os diducit in
Stant ungues circum ariduſi, clavisq; ſi
Dedidiceris minas una cum dentibus ipſis
Macte animo hoc princeps, fortis te de
Protegat in florem patriæ, ut tua cun
Euentiuꝝ pari damna & monſtra omni

IN SPERMOLOG

Spermologus quidam insipiens & b
Immerito carpit meq; measq;
(Nam præter quam quod puluis, n
Et graſi iſtius præmia ſunt opera:
Hoc etiam huic ludo eſt proprium, ut t
Subiaceat Momis fauciſ innumer
Idq; ſcypbos inter, cerebri cum ferue
Et ſunt qui cupidè talia ferela pro
Qui ſit, qui fuerit, potui reſcifere no
Verum ubi reſciero, vœ tibiſpern



the scale

232

05 15000

U2 Rostock

0558

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.